

decepti, vel suæ humanæ sapientiæ & eloquentiæ inhæren-tes, falso sibi persuasi, se illam artem Chemicam, ex industria antiquorum philosophorum, imo diuinitus, obscure scriptâ, intelligere posse.

inimicum  
præter i-  
gnorantē.

Panormitanus iurisperitus super 5. decretalium, tit.  
De sortilegijs, cap. 2. Ex tuarum tenore.

Eodem enim loco dicit Panormitanus Alchemiam esse artem veram, & non prohibitam: sophisticatores autem & falsarios esse reprobandos. Et citat Oldra. & Ioan. Andr. Præterea addit videndum esse B. Tho. in 2. 2. q. 77. Et de hoc per Bald. in l. 1. quæ sunt rega. in vsibus feudorum. Et videndum Abbatem, & Hier. de Zanetinis in repe. ca. 1. De accu.

Hippocrates libr. 1. prognosticorum, cap. 1.

Oportet igitur agnoscere talium naturam affectionum, quantum supra vires corporis sit, pariter & si quid in morbis diuinum habetur, illius quoque ediscere providentiam. Adscribitur Galeno de illa summa & occulta medicina locutum fuisse tertio Tegni (vt vocant) Canone, utilitas vero vtrorumque. Præterea an morbis depellendis hydrargyros, siue argentum viuum, accommodari possit, dubitat Galenus, quia illius vim & naturam occultam ignorasse fatetur, propterea quod eius periculum asserit non fecisse: neque quod interimat si deuoretur, neque vbi foris admotum sit.

Veteres  
ita legunt,  
Est autem  
in medicina  
quoddam  
caeleste do-  
num.

Claruit  
anno Do-  
mini 141.  
Lulli. in  
praxi te-  
sta. c. 27.  
De simp. l.  
9. cap. 59.

Auicenna lib. 2. tract. 1. cap. 4. De operation.  
medicin. singular.

Virtus autem qua diuidit & ponit & namquamque complexio- nem ad partem quam meretur, ita vt non ponat virtutem reso- lutiuam in partem materiei, qua effunditur ad membrum, neque in frigiditatuam in latere materiei effusa ab eo, est natura do- cta obedire creatori sublimi & glorioso.

Idem libello De mineralibus, qui vulgo quartus Mete-  
or. Aristotelis appellatur.

Sciunt artifices Alchemia species siue formas metallorum & e- re transmutari non posse, nisi forte in primam reducantur ma- teriam, & sic in aliud, quam prius, permutentur. Hoc theo- rema siue sit Auicennæ, siue Aristotelis, ita intelligas: in pri- mam materiam, id est, generi metallico proximam. Illa autem

A S

est ar.